

13. Ils sacrifiaient sur le sommet des montagnes; et ils brûlaient de l'encens sur les collines, sous les chênes, sous les peupliers, sous les térébinthes, lorsque l'ombre leur en était agréable : c'est pourquoi vos filles se prostitueront, et vos femmes seront adultères.

14. Et je ne punirai point vos filles de leur prostitution, ni vos femmes de leurs adultères, parce que vous vivez vous-mêmes avec des courtisanes, et que vous sacrifiez avec des efféminés : c'est ainsi que ce peuple qui est sans intelligence sera châtié.

15. Si vous vous abandonnez à la fornication, ô Israël! que Juda au moins ne tombe pas dans le même péché. N'allez point à Galgala; ne montez point à Béthaven, et ne dites point : Vive le Seigneur!

16. Car Israël s'est détourné du Seigneur, comme une génisse qui ne peut souffrir le joug; le Seigneur le fera paître comme un agneau dans une large campagne.

17. Ephraïm a pris ses idoles pour son partage : abandonnez-le.

18. Ses festins sont séparés des vôtres : il s'est plongé dans la fornication, ceux qui devaient le protéger ont pris plaisir à le couvrir d'ignominie.

19. Un vent impétueux l'emporta, comme lié sur ses ailes, et ses sacrifices les couvriront de confusion.

13. *Fornicabuntur filie vestrae.* Le désordre dans les idées amène le désordre dans les actions. L'idolâtrie, en pervertissant l'intelligence, gâta le cœur dans la même proportion, et le débordement des mœurs a toujours été la conséquence de l'oubli du vrai Dieu et du culte des idoles.

15. *Notite ingredi in Galgala.* Galgala était frontière de la tribu d'Ephraïm. Osée dit, dans d'autres endroits, qu'on y avait placé des idoles (IX, 15; XII, 11). C'est aussi ce que l'on voit par Amos (IV, 4; V, 5). Béthaven est le même que Béthel, où Jéroboam avait élevé des veaux d'or (III. Reg., XII, 29), ce qui fit changer le nom de Béthel qui signifie : *Maison de Dieu*, en celui de Béthaven qui veut dire : *Maison du crime*, *Maison d'idole*.

13. *Super capita montium.* Hæc sunt que a loci altitudine, excelsa vocantur passim in libris Regum. — *Thymiana.* Suffitum, sive vaporacionem thuris et aliorum hujusmodi odoramentorum. — *Bona.* Amœna, jucunda. — *Fornicabantur.* Me permittente in peccata peccatorum vestrorum, et puniente fornicacionem vestram spiritualem, id est, idololatriam, fornicacione corporali filiarum et sponsarum vestrarum.

14. *Non visitabo.* Deseram, negligam, peccata impune abire permittam in hac vita. Vel non puniam tam severe ut vos filias et sponsas vestras, cum adultaverint. — *Quoniam ipsi cum meretricibus.* Est enallage personæ. Quia vos pravo exemplo illis præitis, eoque gravius peccatis. — *Cum effeminatis.* Scortis masculis, aut eunuchis Beelphegor consecratis, et ejus sacerdotibus. Aquila vocat ἐπιλαμπρυνος, id est, *mutatos*, scilicet ex officio virili in femineum. — *Populus non intelligens.* Qui intelligere noluit. — *Vapulabit.* Pœnas dabit.

15. *Fornicaris tu, Israel.* Ab Israel sermonem convertit ad Juda, eumque monet ut memor templi et regni Dei (in Juda enim regnabat Deus per posteros David, ibique suam habebat domum et templum), non imitetur Israelem, idola colendo. — *Notite ingredi in Galgala.* Ubi propter antiquam loci religionem superstitiosius quam alibi idola colebantur. Galgala locus erat et civitas inelyta, distans a Jordane stadiis quinquaginta, et a Jericho stadiis decem. Ejus frequens mentio in sacris Scripturis. — *In Bethaven.* In Bethel, ubi erat vitulus, qui locus non amplius Bethel, id est, *Domus Dei*, sed Bethaven, id est, *domus idoli*, aut vanitatis dici potest. — *Neque juraveritis : Vivit Dominus!* Ne juretis pro vitam idoli quod est in Galgalis vel in Bethel, ei attribuendo nomen *Dominus*; neque enim dii sunt, sed lapides aut ligna.

16. *Quoniam sicut vacca lasciviens.* Cavete ne Israelitas imitemini, qui quasi vacca lasciviens, et ostro percita, et jugum excutiens, recesserunt a Domino. — *Quasi agnum in latitudine.* In loco lato et spatioso; quasi dicat : Sicut agnus qui saginatur libere in latis pascuis pasci sinitur, ut deinde mactetur; ita Deus sinit Israelem bonis affluere et lascivire, ut sit præda Assyriorum, et ab eis spoliatur et juguletur.

17. *Particeps idolorum Ephraïm.* O Juda, dimitte Ephraïm, id est decem tribus, et fuge, ne ejus consuetudine corrumperis; idolis enim deditus est.

18. *Separatum est convivium eorum.* Illorum cultus, et religio, et cibus a tuo diversa sunt; noli esse eorum socius. — *Fornicatione fornicati sunt.* Sine modo peccant peccato idololatriæ. — *Dilexerunt afferre ignominiam.* Ignominiosa facere. — *Protectores.* Chald., *proceres*, principes scilicet et sacerdotes, qui populum deceperunt, et pro Dei cultu imbuerunt idololatriam, et qua ignominia sequitur et confusio.

19. *Ligavit eum spiritus.* Ventus ligavit in alis suis Israelem, ut celeriter eum per terram Assyriorum, et per varias mundi plagas dispergat. — *Confundentur a sacrificiis suis.* Cum afflicti calamitatibus viderint nihil sibi opis afferre idola.

13. Super capita montium sacrificabant et super colles accendebant thymiana; subtus quercum, et populum, et terebinthum, quia bona erat umbra ejus : ideo fornicabuntur filie vestrae, et sponsæ vestrae adulteræ erunt.

14. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras cum adulteraverint : quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant, et populus non intelligens vapulabit.

15. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Juda; et nolite ingredi in Galgala, et ne ascenderitis in Bethaven, neque juraveritis : Vivit Dominus.

16. Quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israel; nunc pascet eos Dominus; quasi agnum in latitudine.

17. Particeps idolorum Ephraïm, dimitte eum.

18. Separatum est convivium eorum, fornicatione fornicati sunt; dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus.

19. Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis.

CHAPITRE V.

Menaces que Dieu fait aux prêtres, aux princes et aux rois d'Israël et de Juda.

1. Audite hoc sacerdotes, et attendite domus Israel, et domus regis auscultate : quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor.

2. Et victimas declinastis in profundum; et ego eruditor omnium eorum.

3. Ego scio Ephraïm, et Israel non est absconditus a me; quia nunc fornicatus est Ephraïm, contaminatus est Israel.

4. Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum; quia spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt.

5. Et respondebit arrogantia Israel in facie ejus; et Israel et Ephraïm ruent in iniquitate sua, ruet etiam Judas cum eis.

1. Prêtres, écoutez ceci; maison d'Israël, soyez attentive; maison du roi, prêtez l'oreille; car Dieu va exercer ses jugements sur vous, parce que vous êtes devenus, à ceux sur qui vous étiez obligés de veiller, ce que sont les pièges aux oiseaux, et les filets que l'on tend sur le Thabor.

2. Vous avez détourné les hosties pour les jeter dans l'abîme : et je n'ai point cessé de vous instruire, et de vous reprendre.

3. Je connais Ephraïm, et Israël n'a pu échapper à mes yeux : je sais que maintenant Ephraïm se prostitue, et qu'Israël s'est souillé.

4. Je vois qu'ils n'appliqueront point leurs pensées à revenir à leur Dieu, parce qu'ils sont possédés de l'esprit de fornication, et qu'ils ne connaissent point le Seigneur.

5. L'impudence d'Israël est peinte sur son visage : Israël et Ephraïm périront par leur iniquité, et Juda périra avec eux.

CAP. V. — 1. *Et rete expansum super Thabor.* Il y avait beaucoup de gibier sur cette montagne célèbre. On y chassait aux oiseaux et aux bêtes sauvages avec des filets, selon l'usage de ce temps-là. Dieu reproche aux prêtres d'avoir été, par leurs mauvais exemples, une cause de perte pour ceux qu'ils auraient dû surveiller.

3. *Quia nunc fornicatus est.* Osée entend perpétuellement, par ce mot, le culte des idoles.

5. *Israel et Ephraïm.* Ephraïm se prend ordinairement pour tout le royaume d'Israël, parce que c'était la principale des dix tribus, et qu'elle était à leur tête. Ici le Prophète la désigne individuellement, parce qu'elle avait beaucoup contribué à répandre en Israël le culte des idoles. Jéroboam, l'auteur de l'idolâtrie, était un Ephraïmite.

CAP. V. — 1. *Sacerdotes.* Vocat sacerdotes, qui se pro talibus gerebant, licet veri sacerdotes non essent, quia non erant ex posteris Aaron neque ex tribu Levi. — *Domus Israel.* Accusatur populus ne se alienum arbitretur a crimine, si ad peccandum inductus sit a regibus et sacerdotibus. — *Domus regis.* Regem et ejus domesticos et consiliarios appellat. — *Quia vobis judicium est.* Condemnatio adest. — *Laqueus facti estis.* Scandalum exemplo vestro pravo, et susatione idololatriæ. — *Speculationi.* Iis qui vestra speculationi seu curæ sunt commissi. * In hebræo est, *Lemisphah* : est autem Mispha nomen proprium montis, ubi multa aucupia exercebantur. — *Et rete expansum super Thabor.* Est repetitio. Facti estis laqueus et similes reti expanso super montem, quo aves vel feræ capiuntur. Sic populus vestra fraude et malitia captus est. Thabor mons est nobilissimus in Galilæa, densissimus et plenissimus ferarum.

2. *Victimas declinastis.* Avertistis a Deo et ab ejus altari. — *In profundum.* Valde vehementer, plane deserentes Dei cultum, et in profundum idololatriæ prolapsi. * Vel respicit morem idololatræ, qui victimas jugulatas dejiciebant in specum in quo erat ignis. Videndus Euripides in Iphigenia, in Tauris. — *Et ego eruditor omnium eorum.* Profunde peccant cum tamen ego nunquam destiterim eos corripere per prophetas, et erudire ne tantum scelus patrarent.

3. *Ego scio Ephraïm.* Novi quale sit ingenium Ephraïm et decem tribuum; scio quam sit ad idololatriam proclivis, et a me aversus. — *Quia nunc fornicatus.* Video quid nunc agat, et quam fœde se idololatriæ scelere contaminet.

4. *Non dabunt cogitationes suas.* Animum non adjicient. Vel, ut ex hebræo verti potest, non permittent opera eorum (impia quibus assidue vacant), ut revertantur ad Dominum. — *Quia spiritus fornicationum.* Quia cæstro et impetu quodam idola colendi aguntur et furunt. — *Dominum non cognoverunt.* Non agnoscunt Dominum, neque illum, ut par est colunt.

5. *Et respondebit.* Arrogantiam vocat superbiam Israelis, qua spernens Deum sequebatur idola. Rursus arrogantia hic sumitur pro pœna culpæ arrogantis debita; quasi dicat : Punietur hæc arrogantia Israelis, ita ut pœna respondeat culpæ, eique publice quasi in faciem dicat : Ecce, o Israel, quia tam arrogans fuisti, et rebellis in Deum tuum, hinc merito nunc ab eo deprimeris et plecteris. — *In facie.* Palam publice, ipsis aliisque omnibus videntibus, et jussum Dei judicium ac vindictam approbantibus. * Arias putat sententiam versiculi hanc esse : arrogantia et fastus Israelis cernitur, et relucet in facie ejus, juxta illud Isa., 3, 9 : *Agnitio cultus eorum respondit eis.* Vide ibi dicta. — *In iniquitate sua.* Propter iniquitatem suam. — *Ruet etiam Judas cum eis.* Etiam due tribus, sive regnum Juda ruet, quia Israelis idololatriam secutum est.

6. Ils chercheront le Seigneur par le sacrifice de leurs bêtes et de leurs bœufs, et ils ne le trouveront point : il s'est retiré d'eux.

7. Ils ont violé la loi du Seigneur, parce qu'ils ont engendré des enfants bâtarde : et maintenant ils seront consumés en un mois, eux et tout ce qu'ils possèdent.

8. Sonnez du cor à Gabaa; faites retentir la trompette à Rama : poussez des cris et des hurlements à Béthaven : et vous, Benjamin, faites entendre les vôtres derrière vous.

9. Ephraïm sera désolé au jour que j'ai marqué pour son châtement. J'ai fait voir dans les tribus d'Israël la fidélité de mes paroles.

10. Les princes de Juda ont agi comme des gens qui ne pensent qu'à étendre leurs terres, je répandrai sur eux ma colère comme un torrent.

11. Ephraïm sera opprimé et accablé par des jugements, parce qu'il s'est laissé aller le premier à l'abomination.

12. Je suis devenu à Ephraïm comme le ver qui ronge le vêtement : et à la maison de Juda, comme la pourriture d'un ulcère.

6. *In gregibus suis.* Dans la détresse, les Juifs comptaient beaucoup sur le temple et sur le culte extérieur. Isale et tous les autres prophètes condamnent cette folle confiance, en leur disant que ces sacrifices cesseront un jour, et que d'ailleurs Dieu n'en a que faire, et qu'ils ne lui sont agréables qu'autant qu'ils sont accompagnés du culte intérieur.

7. *Nunc devorabit eos mensis.* Si l'on comptait les années d'après les jours, comme dans la prophétie des 70 semaines, un mois marquerait ici 30 années. C'est à peu près le temps qui s'est écoulé entre la première invasion de Théglath-Phalasar, et la ruine de Samarie par Salmanassar. Mais on peut entendre ce mot dans un sens indéterminé, et alors il signifie que ces désastres arriveront dans un temps très-court.

11. *Quoniam cepit abire post sordes.* Ephraïm ou les dix tribus se sont laissées aller les premières au culte infâme des idoles que leurs princes ont favorisé; ce royaume est puni et détruit le premier. Juda et ses rois, au lieu de profiter du châtement d'Israël, ont imité ses fautes; ils seront ensuite châtiés de même et tomberont quelque temps après.

6. *In gregibus suis, et in armentis.* Positi in calamitate quaerent Deum per victimas gregum et armentorum, sed frustra; nec enim eum invenient; utpote qui derelinquentes se, pariter derelinquet. — *Ablatus est ab eis.* Chald., *subtraxit se.* LXX, *declinavit.*

7. *Quia filios alienos genuerunt.* Quos ego ut meos non agnosco, quia in idololatria geniti sunt, et per ignem idolis consecrati, aut ex mulieribus alienigenis procreati. — *Devorabit eos mensis.* Per singulos menses irruet in eos hostis et plaga, eosque percuet et vastabit. Vel sensus est: brevi peribunt. * Vel menstrua pensio, quam rex populo suo injunxit, ut sarciat damnum quod fecit ingentes pecuniae summas dando Phulii, regi Assyriae, devorabit eos. Vide IV. Reg., 15, 19, 20: et infra, 8, 10. *Cum partibus suis.* Cum possessionibus quas in terra divisione acceperunt; illis enim spoliabuntur. LXX habent, et *cleros eorum*, eodem sensu.

8. *Clangite.* Alloquitur duas tribus de quibus dixerat n. 5, *ruet et Judas cum eis*; quasi dicat: Video imminere excidium decem tribus; video etiam Judae et Benjamin exitium impendere: itaque clangite buccina, etc. — *Buccina.* Buccinae erant ex cornu, tubae ex aere vel argento. — *In Gabaa.* Gabaa et Rama urbes erant celebres in tribu Benjamin, vicinae, et in monte sitae, unde et nomen acceperunt; Rama enim significat excelsum, Gabaa vero collem. — *Ululate.* Ut in rebus desperatis fieri solet. — *In Bethaven.* In Bethel. Vide dicta superiori cap., n. 15. — *Post tergum tuum, Benjamin.* Ulula et tu, Benjamin; nam post Bethaven, quae tibi a tergo est, ad te hostis quasi flamma proserpet, et te pariter correptum eodem incendio involvet.

9. *In die correptionis.* Punitiois, vindictae et excidii decem tribuum. — *Ostendi finem.* Ostendam fideles et veras esse minas meas, quas intentavi.

10. *Quasi assumentes terminum.* LXX, *transferentes*; Chald. *mutantes.* — *Terminum.* Scilicet vicini, ut sibi partem assumant et vindicent agri alieni. Significat transgressionem legis Dei, et in vetitum progressum per idololatriam et alia peccata. — *Quasi aquam.* Quae ex vase ita effunditur, ut nihil illius remaneat; secus quam accidit in aliis liquoribus, quales sunt oleum, aut mel. Sensus ergo est: plane effundam in eos iram meam.

11. *Calumniam patiens est Ephraim.* Patietur; nam ab hostibus opprimetur, et injuriis afficietur, ita permittente Deo ad justam scelerum ejus vindictam. — *Fractus judicio.* Tum justo Dei, tum injusto Assyriorum. Alludit ad judicium in quo quis per calumniam falsorum testium aut in justis judiciis opprimitur, damnatur et plectitur. Vel sensus est: Israel vi opprimetur, et iniquis judiciis apud gentes, inter quas erit captivus; sic enim peregrinis praesertim captivis fieri solet. — *Sordes.* Idola.

12. *Quasi tinea Ephraim.* Sensim per Assyrios carpum, consumam et perdam decem tribus — *Quasi putredo.* Quasi teredo, vel caries. Paulatim consumam Israel, ut tinea vestes, per hostes saepe venientes: et Judam consumam, ut putredo sive caries ligna; sed celerius Israel: tinea enim celerius consumit quam caries.

6. In gregibus suis, et in armentis suis vadent ad quaerendum Dominum, et non invenient, ablatus est ab eis.

7. In Dominum pravaricati sunt, quia filios alienos genuerunt; nunc devorabit eos mensis cum partibus suis.

8. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama; ululate in Bethaven; post tergum tuum Benjamin.

9. Ephraim in desolatione erit in die correptionis; in tribus Israel ostendi fidem.

10. Facti sunt principes Juda quasi assumentes terminum; super eos effundam quasi aquam iram meam.

11. Calumniam patiens est Ephraim, fructus judicio; quoniam cepit abire post sordes.

12. Et ego quasi tinea Ephraim; et quasi putredo domui Juda.

13. Et vidit Ephraim languorem suum, et Juda vinculum suum, et abiit Ephraim ad Assur, et misit ad regem ultorem; et ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum.

14. Quoniam ego quasi leona Ephraim, et quasi catulus leonis domui Juda; ego ego capiam et vadam; tollam, et non est qui eruat.

15. Vadens revertar ad locum meum; donec deficiatis, et quaeratis faciem meam.

13. Ephraïm a senti son mal, et Juda le poids de ses chaînes; Ephraïm a eu recours à Assur, et Juda a cherché un roi pour le défendre : mais ils ne pourront rien pour votre guérison, ni pour rompre vos liens.

14. Car je serai comme une lionne à Ephraïm, et comme un jeune lion à la maison de Juda : j'irai moi-même prendre ma proie : je l'enlèverai et personne ne l'arrachera de mes mains.

15. Je retournerai après au lieu où j'habite, jusqu'à ce que vous tombiez dans l'extrémité de la misère, et que vous soyez réduits à me rechercher.

CHAPITRE VI.

Prédiction de la résurrection du Christ.

1. In tribulatione sua mane consurgens ad me; venite, et revertamur ad Dominum.

2. Quia ipse cepit, et sanabit nos; percuet, et curabit nos.

3. a Vivificabit nos post duos dies; in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum; quasi

1. Car, dans leur affliction, ils se hâteront d'avoir recours à moi. Venez, retournons au Seigneur :

2. Parce que c'est lui-même qui nous a faits captifs, et qui nous délivrera; c'est lui qui nous a blessés, et qui nous guérira.

3. Il nous rendra la vie dans deux jours, et le troisième jour, il nous ressuscitera, et nous vivrons en sa présence, nous entrerons dans la science du Seigneur, et nous le suivrons, afin de

15. *Revertar ad locum meum.* C'est-à-dire au ciel. Je vous laisserai longtemps sans secours, comme si je vous avais oubliés, jusqu'à ce que l'adversité et le sentiment de vos maux vous obligent à me rechercher pour en être délivrés.

CAP. VI. — 1. *Venite, et revertamur.* Le Prophète met ces paroles dans la bouche des Israélites captifs, qui se comparent à des morts ensevelis dans un tombeau, et que Dieu peut en très-peu de temps rappeler à la vie s'il le veut.

3. *Vivificabit nos post duos dies.* Saint Paul et après lui tous les saints Pères, ont vu dans ces paroles un sens plus élevé, qui a pour objet le mystère de l'Homme-Dieu, et les biens spirituels qu'il est venu répandre sur la terre. Il n'y a que Dieu qui puisse nous guérir du mal du péché, et il le fera dans la personne de son Fils unique qui nous sauvera de la mort en deux jours, par les mystères de sa mort sur la croix et de sa sépulture; et qui, le troisième jour, nous rendra, par sa résurrection, la vie de l'âme, qui est la justice et la sainteté; et nous associera à son immortalité glorieuse. Il viendra, non point avec le cortège de la foudre et des éclairs comme sur le Sinai, non point avec la force guerrière de David ni la magnificence de Salomon, mais comme la rosée du matin, qui rafraîchit la terre desséchée.

13. *Languorem suum.* Imperium suum infirmari, languere, deficere, et ad occasum tendere. — *Vinculum suum.* Vulnus suum adhuc apertum, licet fasciis obvolutum et colligatum. — *Misit ad regem ultorem.* Ad regem Assyriae, a quo defenderetur et vindicaretur. Respicit historiam IV. Reg., 16, 7, ubi, narratur Achaz regem Juda pressum et quasi obsessum a Rasin rege Syriae, et Phace rege Israel, misisse legatos et munera opis petendae causa, ad Theglath-Phalasar regem Assyriae. — *Sanare.* Opem ferre; nam tandem devicti in captivitatem abducentur.

14. *Ego quasi leona.* Ego sum hostis vester, qui quasi leona Israel invado. In his feris celeritatem et ferocitatem adversus eos ostendit. — *Quasi catulus leonis.* Hi enim solent esse ferociore et audaciorum, ut pote ignari periculorum et insidiarum. — *Ego, ego capiam.* Perstat in metaphora. Ego, et non alius. Ego sine dubio, ceu leo praedam rapiam, nec eam mihi quisquam eripiet.

15. *Revertar ad locum meum.* Ut leones solent capta praeda. — *Donec deficiatis.* Donec vos plane conteram et consumam; sic solent leones capta praeda in speluncam reverti et eam cum suis catulis absumere. — *Et quaeratis faciem meam.* Donec multis et gravibus malis attriti, peccata vestra agnoscat, et ad me redeatis per poenitentiam.

CAP. VI. — 1. *In tribulatione sua.* Cum vexati fuerint malis, orto eis poenitentiae lumine, festinato ad me venient, et Christum agnoscent. — *Mane consurgens.* Mature, cito, festine ad me confugiet. — *Venite.* Dicentes: Venite, etc.

2. *Ipsa cepit.* Sicut dixit superiori capite, n. 14. *ego capiam*, more scilicet leonis. — *Percuet.* Licet plagas infligat, tandem tamen nos sanabit. — *Curabit nos.* Graeci omnes (ut ait D. Hieronymus) dixerunt, *μωρσσι*, id est, linteola vulneribus inseret, quae putridas carnes comedent, et extrahant purulentias.

3. *Vivificabit nos post duos dies.* Ab ærumnis nos brevi post tempore liberabit. Respicit Christi resurrectionem, quae post duos dies tertia die facta est. — *Suscitabit nos.* Eriget nos ab ærumnis in quibus jacuimus. Christus etiam resurgens suscitavit nos, jus nobis tribuens ad resurrectionem corporum. — *Vivemus.* In ejus gratia, et sub ejus cura et providentia securi et felices; vivemus, ipso favente, ipsi placentes. Vel sancte vivemus, et semper memores nos in ejus praesentia et oculis versari, quo modo Enoch, Noe, aliique viri sancti dicuntur.

le connaître. Son lever sera comme celui de l'aurore; et il descendra sur nous, comme les pluies de l'automne et du printemps viennent sur la terre.

4. Que puis-je vous faire, ô Ephraïm? que puis-je vous faire, ô Juda? Votre miséricorde n'a pas eu plus de durée que les nuages du matin, et que la rosée qui se sèche aux premiers rayons du soleil.

5. C'est pourquoi je les ai traités durement par mes prophètes; je les ai tués par les paroles de ma bouche, je rendrai claire comme le jour l'équité des jugements que j'ai exercés sur vous.

6. Car c'est la miséricorde que je veux, et non le sacrifice; et j'aime mieux la connaissance de Dieu, que les holocaustes.

7. Mais pour eux, ils ont rompu, comme Adam, l'alliance qu'ils avaient faite avec moi : dans ce culte même ils ont violé mes ordres.

8. Galaad est une retraite de fabricateurs d'idoles : tout y regorge de sang.

4. *Misericordia vestra.* Vos bons sentiments, la résolution que vous aviez prise de vous convertir, ou vos bonnes œuvres.

5. *Occidi eos in verbis oris mei.* J'ai prononcé contre eux des arrêts de mort par la bouche de mes Prophètes, dont ils ont méprisé les avis.

6. *Misericordiam volui et non sacrificium.* Par cette miséricorde que Dieu préfère aux sacrifices, il faut entendre la charité avec tout son cortège de bonnes œuvres envers Dieu et le prochain. Jésus-Christ a cité ces paroles d'Osée (Matth., IX, 13, et XII, 7). — *Et scientiam Dei.* Cette connaissance de Dieu n'est pas la connaissance stérile, mais la connaissance accompagnée d'un amour de Dieu sincère et solide, qui rend l'homme docile à sa parole.

7. *Ibi prævaticati sunt in me.* Ils n'ont pas offert leurs sacrifices selon les règles que je leur avais prescrites. Ils ne les ont pas offerts dans mon temple, et ils ont de plus souillé la terre que je leur ai donnée, par leur idolâtrie et tous les crimes qu'ils ont commis.

tur ambulasse cum Domino. Genes., 5, 22; et 6, 9. Vel vivemus, id est, erimus vivaces, sani vegeti, alacres, fortes, gloriosi; hæc enim omnia complectitur vita, quasi mater et radix omnium. — *Sciens.* Dominum fide et operibus. — *Sequemurque.* Ut postea cognoscamus faciem ad faciem. Vel ut in dies magis eum amemus et colamus. — *Quasi diluculum præparatus est egressus ejus.* Christi nativitas et ortus, quo e celo in terram nascendo egredietur, a Deo paratus est instar auroræ, quia ut aurora depellet tenebras ignorantie et peccati, et genus hominum luce suæ doctrinæ et sanctæ vitæ illustrabit. — *Quasi imber.* Doctrina Christi significatur, more copiosi imbris animas fecundans. — *Imber nobis temporaneus.* Est imber ille qui autumnus venit, jactis in terram seminibus. — *Serotinus.* Qui vere decidit, ut fructus augeantur et maturescant.

4. *Quid faciam tibi, Ephraïm?* Parentis in perditos filios ostendit affectum, juxta illud Isaïe, 5, 4: *Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei?* — *Misericordia vestra quasi nubes matutina.* Beneficentia vestra in proximis, qua me demereri poteratis, cito exaruit. Vel sensus est: cito transivit misericordia qua vestri misereri decreveram, quasi peccatis vestris exsiccata. Priori sensui magis favet id quod sequitur: *quia misericordiam volui, et non sacrificium.*

5. *Propter hoc dolavi in prophetis.* Frequenter vos admonui per prophetas, et crebris iectibus cecidi vos, ut expolirem, et ad rectitudinem adducerem. Chald., *monui per prophetas.* — *Occidi eos in verbis oris mei.* Continuis mortis justis prophetarum correptionibus et minis exercui, fatigavi, obtudi, ac tantum non occidi. — *Et judicia tua.* Idcirco judicia tua condemnatio scilicet et punitio. — *Quasi lux egredientur.* Velut in luce clara videbitur et apparebit omnibus esse justa, et scelus tuum inexcusable.

6. *Quia misericordiam volui, et non sacrificium.* Putabas satis esse mihi sacrificia offerre; ego vero misericordiam et beneficentiam in proximis potissimum a te volebam. — *Scientiam Dei.* Practicum, conjunctam cum interna Dei reverentia, pietate, charitate, misericordia; opponit enim internam pietatem externæ, puta holocaustis.

7. *Sicut Adam transgressi sunt pactum.* Imitati sunt Adami inobedientiam. Vox Adam accipi etiam potest non ut nomen proprium sed ut appellativum; quare Vatablus et Clarius vertunt: *Ipsi autem transgressi sunt fœdus meum sicut hominis;* id est, ut fœdus iustum cum homine; non pluris facientes fœdus mecum initum, quam si cum homine inivissent. Vel ipsi externis victimis me colunt, quasi cum hominibus agerent, qui non vident cor. Falluntur; ego enim internam pietatem et misericordiam volo, non sacrificium. — *Ibi.* Transgressionem, qua pactum meum transgressi sunt. * Vel *ibi,* id est, in terra illa optima quam ego eis dederam. In illa terra quæ terrestri paradiso comparatur, Genes., 13, 10; Isa., 51, 3, ut et loca ei proxima, Ezech., 26, 13. — *Prævaticati sunt in me.* Quia hoc pactum meum, non cum homine, non cum angelo iniverunt.

8. *Galaad civitas operantium idolum.* Galaad civitas sacerdotalis et sancta, facta est metropolis idololatriæ et iniquitatis. — *Operantium idolum.* Fabricantium, ornantium, colentium idolum. — *Supplantata sanguine.* Hebr. est *middam, a sanguine,* id est, evertenda et dejectiunda propter innoxium sanguinem in ea effusum. * In omni solo impressa habens cædis vestigia.

diluculum præparatus est egressus ejus, et veniet quasi imber nobis temporaneus, et serotinus terræ. [a I. Cor. 15. 4.]

4. Quid faciam tibi Ephraïm? quid faciam tibi Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertransiens.

5. Propter hoc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei; et judicia tua quasi lux egredientur.

6. a Quia misericordiam volui, et non sacrificium; et scientiam Dei, plus quam holocausta. [a I. Reg. 15. 22. Eccle. 4. 17. Matth. 9. 15. et 12. 7.]

7. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me.

8. Galaad civitas operantium idolum, supplantata sanguine.

9. Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem; quia scelus operati sunt.

10. In domo Israël vidi horrendum; ibi fornicationes Ephraïm; contaminatus est Israël.

11. Sed et Juda pone messem tibi, cum convertero captivitatem populi mei.

9. Elle conspire avec les prêtres de ces idoles, qui se liguent ensemble pour faire le mal, comme les voleurs qui dressent des embûches sur le chemin de Sichem, pour égorgier les passants: et toute leur vie n'est qu'une suite de crimes.

10. J'ai vu une chose horrible dans la maison d'Israël: j'y ai vu Ephraïm prostitué, et Israël souillé.

11. Mais vous aussi, Juda, préparez-vous à être moissonné vous-même, jusqu'à ce que je ramène mon peuple qui avait été captif.

CHAPITRE VII.

Reproches et menaces du Seigneur contre Israël.

1. Cum sanare vellem Israël, revelata est iniquitas Ephraïm, et malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium; et fur ingressus est spoliatus, latrunculus foris.

2. Et ne forte dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum; nunc circumdederunt eos adventiones suæ, coram facie mea factæ sunt.

3. In malitia sua lætificaverunt regem; et in mendaciis suis principes.

1. Lorsque je voulais guérir Israël, l'iniquité d'Ephraïm et la malice de Samarie ont éclaté par les œuvres de mensonge qu'ils ont faites: c'est pourquoi les voleurs les ont pillés au dedans, et les brigands les ont ravagés au dehors.

2. Et qu'ils ne disent point dans leurs cœurs, que je ramasse toutes leurs anciennes iniquités pour les faire retomber sur eux; car celles qu'ils commettent tous les jours, et qu'ils commettent en ma présence, suffisent pour les accabler.

3. Ils se sont rendus agréables au roi par leurs méchancetés, et aux princes par leurs mensonges.

11. *Pone messem tibi.* Juda fut moissonné ou châtié par les armes de Nabuchodonosor, avant le règne de Cyrus, sous lequel Dieu fit cesser la captivité, et commença de guérir Israël.

CAP. VII. — I. *Latrunculus foris.* Le Prophète caractérise par cette double expression, la double guerre qu'Israël eut à subir dans les dernières années de son existence comme royaume; la guerre civile qui le ravageait au dedans, et la guerre étrangère qui vint le dépouiller et lui porter un dernier coup.

3. *Lætificaverunt regem.* On peut aussi entendre par ce roi, Jéroboam, fils de Nabat, premier roi d'Israël, qui inaugura dans le royaume des dix tribus, l'idolâtrie par le culte du veau d'or. Jéhu, dont parle Ménochius se fit son imitateur.

9. *Et quasi fauces virorum latronum.* Sitiens semper sanguinem et cædes. — *Particeps sacerdotum.* Adjuvans consilium sacerdotum Bethel, qui venientes de Sichem in Jerusalem, adorandi gratia, latronibus in via positus, trucidabant. — *Quia scelus operati sunt.* Insidiantur Galaaditæ Dei cultoribus, eosque occidunt, quia se totos sceleribus dederunt.

10. *In domo Israel.* In regno decem tribuum. — *Vidi horrendum.* Rem que in horrorem et stuporem omnes rapiat. — *Ibi fornicationes Ephraïm.* Ibi vidi idola et vitulos aureos quos induxit Jeroboam rex oriundus ex Ephraïm, quem tribus hæc, et mox totus Israel, in scelere secutus est. — *Contaminatus est Israel.* Idololatria.

11. *Sed et Juda.* Hæc verba nectenda sunt cum præcedentibus, hoc modo: contaminatus est Israel, sed et Juda; ita Heb., Chald. et LXX: *Juda enim secutus est idola Israelis.* — *Pone messem tibi.* Imperativus pro futuro; ponas messem tibi, etc., quasi dicat: Tutus eras, o Juda, et putabas posse te serere et metere in terra tua, id est, quiete vivere: facies quidem hoc, non tamen modo, sed postquam te e Babylone reduxero; prius enim non licebit.

CAP. VII. — I. *Cum sanare vellem Israël.* Loquitur de tempore Jehu, per quem volebat Deus sanare Israël; et idololatriam extirpare; itaque IV. Reg., 9, 7. jussus est evertere Baal et domum Achab, et ejus prophetas occidere, quod et præstitit Jehu initio regni. — *Revelata est iniquitas Ephraïm.* Quia Samaria, que erat metropolis in Ephraïm, puta consiliarii regii, aliquæ politici suaserunt Jehu ut ad stabilendum regnum idololatriam non everteret, ne forte decem tribus ad reges Juda e semine David redire cogitarent. Itaque idololatria prius compressa, cum pravo hoc consilio rursus emersit, Jehu vitulorum cultum, restituit et sanxit. — *Quia operati sunt mendacium.* Cultum falsum et mendacem idolorum, ipsumque idolum quod colerent. — *Et fur ingressus est spoliatus.* LXX habent, et *fur ad eum ingreditur, spoliatus latro in via ejus.* Sententia est: idcirco tam a domesticis quam ab externis vexata et exhausta est domus Israel.

2. *Et ne forte dicant.* Ne dicant me veterum peccatorum recordari, et se majorum suorum scelera fuere; enumerabo quoque ipsi me vidente et spectante impudenter fecerunt. Hæc enim circumstant eos nunc, et sunt coram me, quasi ultionem exigentia.

3. *In malitia sua.* Sua mala et impia voluntate, cultu idolorum. — *Lætificaverunt regem.* Applaudentes Jehu ejusque principibus, et pravis eorum studiis et impietati consentientes. — *In mendaciis.* Idem est quod *in malitia*; est enim repetitio. Mendacium etiam idola significat, quibus nihil subest veri numinis.

4. Ils sont tous des adultères, et semblables à un four où l'on a déjà mis le feu; la ville ne s'est point reposée depuis que le levain a été mêlé avec la pâte, jusqu'à ce que la pâte ait été toute levée.

5. C'est ici le jour de notre roi : les princes se sont enivrés jusqu'à la fureur, et le roi leur a tendu la main, et a pris part à leurs emportements.

6. Lorsqu'il leur tendait un piège, ils lui ont exposé leur cœur comme un four, et pendant qu'ils brûlaient comme un pain qui cuit, le prince a dormi toute la nuit; et le matin il a paru lui-même embrasé comme un feu et comme une flamme.

7. Ils ont tous conçu une chaleur brûlante comme un four, et leur ardeur a consommé leurs juges avec eux : tous leurs rois sont tombés, et il ne s'en est pas trouvé un seul qui eût recours à moi.

8. Ephraïm même s'est mêlé avec les nations, Ephraïm est devenu comme un pain qu'on fait cuire sous la cendre, qu'on ne retourne point.

4. *Donec fermentaretur totum.* C'est-à-dire, dit le P. de Carrières, depuis qu'on leur a proposé le culte des idoles, leur ardeur pour ces fausses divinités n'a pu être satisfaite, que lorsqu'ils ont tous été engagés dans ce culte abominable. Et lorsqu'ils ont vu que ce culte était embrassé des grands et du peuple, ils étaient pleins de joie. C'est ici, ont-ils dit alors, c'est ici le jour de gloire de notre roi, etc.

6. *Quia applicuerunt quasi clibanum.* Le P. de Carrières développe ainsi cette métaphore : Lorsque le roi leur tendait un piège en leur proposant ce culte impie, ils lui ont exposé leur cœur comme un four prêt à recevoir l'ardeur qu'il voulait leur inspirer. Il y mit le feu, et pendant qu'ils brûlaient d'ardeur pour les idoles, comme un pain qui cuit dans un four chaud, le prince ravi de les voir dans cette disposition, qu'il regardait comme un ferme appui de sa couronne, a dormi tranquillement toute la nuit, et le matin il a paru lui-même embrasé comme un feu et comme une flamme, pour ce culte des faux dieux qu'il leur avait inspiré.

7. *Omnes reges eorum ceciderunt.* Dans Juda il y avait eu de pieux rois. Aux noms de Josaphat, de Josias et d'Ézéchiass se rattachent les plus purs souvenirs. Mais tous les rois d'Israël, sans exception, furent impies. L'Écriture dit de chacun d'eux, qu'ils firent le mal devant le Seigneur, et qu'ils ne sortirent pas de la voie de Jéroboam qui avait fait pécher le peuple.

8. *In populis ipse commiscebatur.* Dans ses rapports avec les peuples voisins, les Égyptiens, les Phéniciens, les Syriens, les Chananéens et les autres nations idolâtres, Ephraïm, qui représente ici le royaume des dix tribus, avait emprunté à tous ces peuples ses dieux et ses superstitions, et son polythéisme était devenu un mélange de toutes les erreurs des autres nations.

4. *Omnes adulterantes.* Per idololatriam. — *Quasi clibanus.* Instar furni accensi æstant libidine et ardore colendi idola. Sicut ex furno male custodito flamma exorientis domum incendit; ita populus incensus est studio idololatriæ, Jehu convivente. — *Quiavit paululum civitas.* Quia principio regni Jehu populus non corruperebatur, nec urgebatur ad idololatriam; sed permisit idololatrias sensim et occulte fermentum idololatriæ suæ per populum spargere, donec totus populus inficeretur et corrumperetur.

5. *Dies regis nostri.* Vox est populi jam decepti, et noxio idololatriæ fermento corrupti, clamantis et applaudentis tam regi Jehu quam idolis. Sententia est: dies festus regis nostri, quem ipse constituit nobis, ut in eo lætemur, et vitulos aureos adoremus. Hæc est dies læta, fausta, et qualem diu optavimus. Vel sensus est: die regis nostri, id est, tempore regni Jehu, cœperunt principes, velut ebrii, insanire circa vitulos. — *Cœperunt principes furere a vino.* Cum hoc audirent, cœperunt quasi ebrii insanire, et ad idola currere, ut regi gratificarentur. — *Extendit manum suam.* Ipse etiam rex idem fecit quod illi, et ad calices manus extendit, et cœpit potare, comessari, laudare idola, Deum spernere. — *Cum illusoribus.* Vox hebraica læta, quam noster illusorem vertit, significat hominem superbum, irrisorem, qui omnia divina et humana irridet, plane corruptum, et alios more pestis inficiens et corruptentem.

6. *Quia applicuerunt quasi clibanum cor suum.* Faciles se et pronos reddiderunt ad idololatriam capessendam et augendam, ejus amore, ut clibanus, æstuebant. — *Tota nocte dormivit.* Cum videret eos insanire, cœpit quiescere et securus esse, nec jam timebat ne a proposito reslissent, illudque faciebat quod ii faciunt qui fornacem succendunt, quam cum viderint ignem concepisse et per se ardere, a labore cessant, et se interim, dum illa ardet, ad quietem componunt. — *Mane ipse succensus.* Ipse Jehu non tantum quasi pistora flammam idololatriæ, qua idololatrias percoqueret, succendit, sed mane, id est, statim, et cum prima sese dedit opportunitas, quasi conversus in flammam ipsam omnes Israelitas inflammavit. Videtur etiam sensus esse posse, clibanum fuisse succensus, et quasi ignem factum.

7. *Devoraverunt judices suos.* Omnes judices suos in ejusdem sceleris consortium rapuerunt. — *Omnes reges eorum.* Nam cæteri reges in eamdem fovam ceciderunt, exemplum Jehu secuti. — *Qui clamet in eis ad me.* Qui me ut Deum agnoscat et invocet.

8. *Ephraïm in populis ipse commiscebatur.* Imitabatur gentium mores, et idololatriam. Sic dicitur Psal. 105, 35 : *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* — *Factus*

4. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquette; quievit paululum civitas a commistione fermenti, donec fermentaretur totum.

5. Dies regis nostri; cœperunt principes furere a vino; extendit manum suam cum illusoribus.

6. Quia applicuerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur eis; tota nocte dormivit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ.

7. Omnes calefacti sunt quasi clibanus, et devoraverunt judices suos; omnes reges eorum ceciderunt; non est qui clamet in eis ad me.

8. Ephraïm in populis ipse commiscebatur; Ephraïm factus est subcinericius panis, qui non reversatur.

9. Comederunt alieni robur ejus; et ipse nescivit; sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignoravit.

10. Et humiliabitur superbia Israël in facie ejus; nec reversi sunt ad Dominum Deum suum, et non quæsierunt eum in omnibus his.

11. Et factus est Ephraïm quasi columba seducta non habens cor; Ægyptum invocabant, ad Assyrios abierunt.

12. Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum; quasi volucrum cœli detraham eos, cœdam eos secundum auditionem cœtus eorum.

13. Væ eis, quoniam recesserunt a me; vastabuntur, quia prævaricati sunt in me; et ego redemi eos; et ipsi locuti sunt contra me mendacia.

14. Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis super triticum et vinum ruminabant, recesserunt a me.

15. Et ego erudivi eos, et confortavi brachia eorum; et in me cogitaverunt malitiam.

9. *Et cani effusi sunt.* Le Prophète signale ainsi la décadence de la nation qui est arrivée sur le bord de l'abîme, comme un vieillard imprudent sur le bord de sa tombe, et qui ne s'en est pas doutée.

12. *Secundum auditionem cœtus eorum.* Dans leurs assemblées, les Israélites lisaient la loi et ils avaient vu ces châtements prédits par Moïse (Deut., XXVII et XXVIII). Ils entendaient aussi dans ces mêmes assemblées leurs prophètes, dont les paroles confirmaient celles de Moïse (Cf. IV. Reg., XVII, 13).

13. *Locuti sunt contra me mendacia.* En attribuant à leurs faux dieux tous les secours qu'ils ont reçus de moi, et toutes les grâces signalées que je leur ai accordées.

